



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm  
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de**

**Coloniæ Agrippinæ**

28. De vsura, quid sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40916**

Tertio, aliquis secretò rapuit aliqua, & fertur excommunicatio in eos, qui non reuelant tale furtum, tunc, si secretum & occultum est, nec ipse tenetur se prodere, sed tantum curare, ut res reddatur domino; nec alij in casu, quo ipse id cum venientur ipsum manifestare: nam esset contra ius nature. Non oī tamen, aut cuius infamia processit, reuelandum est; ut vero si sit occultum, non est reuelandum.

*De vsura, quid sit.*

C A P V T XXVIII.

**P**ost restitutionem, nunc de vsura agere oportet, cū ipsa ad restitutionem obliget; ac primum, quid ipsa, constituere. Videtur autem nobis sic posse definiri: *vsura est lucrum rei pecunia estimabilis, ratione muii principaliter peccatoria.*

In cuius declarationem aduertendum est, quinque necessaria esse ad vsuram.

Primo, necessarium est, ut interueniat mutuum. Differat enim mutuum à commodato: nam in commodato non transfert dominium rei, sed datus vsus tantum rei, ut restadum postea reddatur; at in mutuo dominium rei transferit, ac eadem in specie redditur. Vbi igitur commodatum est, nec mutuum intercedit, non est vsura.

Secundo, opus est, ut intercedat lucrum aliquod ipsius mutuantis, ultra sortem. Et attende, lucrum dici, cum quis habeat, seu acquirat, quod alias suum non erat. Vnde, si accidat, quid in mutuo ultra sortem accipere, quod tamen alias ipsius mutuantis erat, vsura non est: v.g. si mutuus mille aureos alicui, & det tibi decem millia, quae alias tibi debebat, & non habet soluere, non est vsura: non enim est lucrum, cum tua fintilla: secus, si peteres ante tempus debitum illa soluendi: tunc enim lucrum est. Rursus, si mutuus alicui, ut non noceat tibi in his, in quibus secundum justitiam alias tenebatur non nocere, non est vsura; quia tuum ius acquisis, & hoc pacto ad redimendam vexationem mutuare non est vsura, cum non sit verelucrum.

Tertium; istud lucrum debet esse rei estimabilis pecunia, si enim non estimatur pecunia, non est vsura; ut si mutuus alicui, ut tibi sit amicus, non est vsura, quia amicitia non solet vendi.

endi, aut pecunia æstimari: secus, si dares ut tibi remitteret  
in satisfactionem iniuræ à te illatæ, usura hæc esset: nam talis  
iniuria pecunia æstimabilis est, & pecunia sapientis satisfactio-  
nsa fit.

Quartum, opus est, ut illud lucrum proueniat ratione ipsius  
mutui; cum enim ob aliam causam datur, non est usura, & sic  
excusat ab usura, qui ratione damni emergentis, vel lucri cef-  
fensus aliquid accipit in mutuo ultra sortem, de quo post dice-  
mus.

Quintum, opus est, ut principaliter ob mutuum tale lucrum  
proueniat: si enim non principaliter ob id prouenit, non est usura.  
Et sic excusat ab usura, qui mutuat alicui, qui omnino lib-  
erè & sponte ex gratitudine aliquid ultra sortem dat: si vere  
ita sit, nullaque obligatio intercedat, sed absoluta animi gra-  
titudine, non est usura accipere, quia non ob mutuum principi-  
aliter prouenit, sed ob gratitudinem alterius. Sunt igitur præ-  
dicta quinque ad usuram necessaria, & in prædicta definitio-  
ne omnia aperi continentur. Usura autem peccatum est  
mortale, & oppositum afferere, est hereticum. Ita habetur de  
usur. cap. quia, &c. super eod. Dicitur autem apud Latinos usura,  
quasi lucrum quoddam; & scenus, quasi foetus apud Græcos  
dicitur τοκός, quasi partus, & apud Hebraeos γένεσις, quasi mor-  
sus, vnde Deuter. 23. ubi dicitur, non feneraberis ad usuram, dici-  
tur, morsu non mordebis, vnde Chrysostom. super Matthæ.  
comparat morsu aspidis, qui primò delectationem infert, &  
sonnum, post mortem comparat; sic etiam qui ad usuras ac-  
cipit, sibi bona conferri purat, postea vero cambijs, & recam-  
bus omnia sua consumpta dolet, & se in inopiam redactum  
piorat. Hæc igitur dicta sint, quantum ad definitionem, & no-  
men usuræ.

---

Quotuplex usura fit, & de mentali.

### CAPVT XXIX.

Huius usuræ tres sunt species. Quædam enim est men-  
talis, quædam exterior explicita, quædam exterior im-  
plicita, seu palliata. Usura mentalis est, cum quis mu-  
tua intentione, ut ex mutuo aliquod lucrum ultra sortem  
cipiat; tamen talem intentionem nullo modo exterius mani-  
festat